

Præceptum ab Apostolo non impositum ut probant aliqui.

Qui improbantur.

Cap. Gaudemus de auortiu.

Etiamsi consilium fuerit, robur sententie vobis similioris persistere.

Variationem induci potuisse circa præceptum de apostoli, aliorum refposito, quæ et recita.

recedendi à coniugio, si coniux cohabitare velit sine periculo peruersionis: sic enim docet D. Paulus, sic Sancti Patres, & Pontifices eius doctrinam accipiunt, & inter sacros Canones commendatur. Neque satisfaci quod dicitur, *Primo* doctrinam D. Pauli non continere præceptum, sed consilium, & ita Ecclesiam contrarium statuere potuisse. Sic enim tenet Pater Sancius, & alij, quos citat *suprà* num. 7. Apostoli verbis innixus, dum ait: *Nam ceteris ego dico, non Dominus.* Si enim id Dominus non præcipit, ex ipsa lege coniugij, quæ diuina est, fieri necessarium non debet. Nec credendum est D. Paulum onus adeo graue imponere infideli voluisse, qui ad fidem conuertitur, cum illud Christus non imposuerit: noluit enim Christus ut fidelis obstrictus esset ad conuiuendum infideli in vitæ consuetudine adeo arcta, ac familiari, qualis est coniugalis. Pro quo etiam militat P. Martinon *suprà* num. 70. & P. Lessius n. 93. Non inquam satisfaci, quia præceptum in verbis Apostoli Patres agnoscunt, quos *ibidem* adducit P. Sancius, & plures alij Scriptores. Et D. Augustini doctrinam sic inter alios sententis Pontifices admittunt, & in Canonico Iure proponunt. Quamuis autem quæ in Decreto habentur, non adeo habeantur vrgentia, in hoc autem puncto Innocentius Tertius Decreti Canones citat, & exponit in Cap. *Quanto*, de diuortijs; qui & in Cap. *Gaudemus* sic statuit, §. *Qui autem*, verbis illis: *Numquam ea viuente poteris aliam etiam ad fidem Christi conuersus habere, nisi post conuersionem ipsius illa veniat cohabitare cum ipso, aut etiam sconsensiat, non tamen absque contumelia Creatoris, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum.* Sic ille: quo nihil dici apertius potuit. Quomodo autem D. Paulus exponendus sit diximus *num. 401. & seqq.*

409 Deinde, ut demus consilium fuisse, ratio quæ illud licitum tunc temporis reddidit, potest similiter in alijs occurrere: cur enim non possit haberi spes conuersionis coniugis infidelis? & quidem Concilium Limense, post experientiam recentissimam, huiusmodi spem esse posse testatur, & iuxta eam statuit id quod iam ex ipso posuimus, cui credendum potius, quam Auctoris multis rem istam à longè salutantibus. Vbi & argui efficacissime potest: nam si non liceret modo quod hortatur Apostolus, maxime ob experientiam, quæ in causa fuit ut vim præcepti habens inducta fuerit consuetudo. Atqui omnium maxima experientia ex conuersione Indorum deduci debuit, illa enim omnium est maxima ab initio ferè nascentis Ecclesie: & qui circa illam occupantur, spem esse conuersionis affirmant, si coniuges infideles cohabitationem non renuant, quæ stare sine contumelia Creatoris possit: ergo illi est potius innitendum, quam non ita fundatis aliquorum scribentium coniecturis.

410 Vnde nec satisfaci quod *Secundo* dicitur, etiamsi in D. Pauli verbis præceptum sit, circa illud potuisse variationem induci, sic temporum necessitate postulante, ut habetur in Cap. *Non debet de Consanguin. & affinis.* iam enim vidimus necessitatem non esse generalem. Et licet Concilium Toletanum rationem illam generalem reddiderit, de qua *num. 407.* iam *ibidem* vidi-

mus ad solos eam spectare Iudæos, & ita fatetur P. Sancius *citato num. 12.* de ceteris infidelibus nullibi statutum, quia non ita obstinati in sua perfidia erant, ut eorum deberet desperari conuersio. vnde & *num. 13.* tandem fatetur admitti cohabitationem posse in illis infidelibus vbi crebrior est conuersio, & conuersionis spes, ex Episcopi tamen dispensatione. Concilium ergo Limense sapientissime in suo Decreto procedit, & illud quidem, sicut alia eiusdem, diligentissime sunt Romæ perspecta in Cardinalium Congregatione iussu Sixti V. & sic ab eodem confirmata; ut minime suspicari liceat in hoc, de quo tractamus, articulo, à Patribus Concilij quidquam minus consonum Iuri statutum, aut à Pontifice comprobatum: cum res adeo grauis sit, ut vix vlla maioris considerationis in eodem occurrat.

411 Tertio addit Concilium, expectandum per semestre, & crebro coniugem admonendum. Quod quidem intelligendum quando expectatio talis ad desideratum effectum utilis esse potest: si autem intra dictum tempus haberi responsio nequeat ob rationes quas adducit Gregorius XIII. in Breui, ex quo priuilegium citatum est tralumptum, & assertur à Fr. Ioanne Baptista in Animaduersionibus pro Confessarijs Indorum *Parte 1. Verb. Matrimonium*; quia scilicet interdum ad hostiles & barbaras prouincias, *ne nuntius quidem accessus pateat, vel quia ignorent prorsus in quas regiones fuerint transacti: vel quia ipsa itineris longitudo magnam asserat diffusitatem.* Tunc equidem non est expectandum semestre, sed post Baptismum potest iniri coniugium. Pro quo & est declaratio Pij V. ad Nouam-Hispaniam directa, cuius meminit P. Sancius *Lib. 7. Diss. 74. n. 13.* qui & pro admonitionis modo ac nonnullis alijs ad hoc spectantibus videri potest *ibidem n. 12. & seqq.* Quia verò Concilium Pontificis ob stare priuilegijs nequit, non obstante semestris assignatione, quando coniux infidelis moneri potest, intra breuius spatium poterit coniugium celebrari, & illa omnia peragi, quæ in ipso conceduntur: quandoquidem facultas non est tantum pro foro interno, ut ex tenore constat, & quia Pontifex verbis vitur id significantibus, dum ait: *Plenam auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus facultatem dispensandi cum quibuscumque &c.* Et certè cum priuilegium dictum adeo generale sit, ut Ordinarijs, Parochijs, & Religiosis communicationem habentibus sit commune, designatio semestris vix vllius videtur esse momenti. Neque id mirum, quia Concilium ante priuilegij concessionem celebratum est, quod *Anno* constat 1585: ab Apostolica prouidentia produsse, in quo & Paterna pietate Gentium istarum se miserarum fortem magnus ille Pontifex attestatus.

412 Potest autem circa dictum semestre dubitari, an currat aliquomodo in fauorem coniugis infidelis, ita ut propter rationem aliquam possit ampliari. Ut si notitia conuersionis coniugis, & de nouo contrahendo matrimonio deliberantis, ante semestre ad coniugem infidelem perueniat, sed maiori illius spatij parte iam decursa, ita ut deliberationi in re adeo graui tempus sufficiens non suppetat, ut responsum intra semestre transmitti ad coniugem fidelem queat. Si videlicet

Semestris expectatio qualiter practicanda.

Greg. XIII.

Facultas priuilegij etiam pro foro externo.

Semestre quomodo ampliari potest in fauorem coniugis infidelis.

videlicet hoc modo respondeat: *Sed ad me nuntium perlatum est, & opus habeo in re tanta maturam considerationem adhibere: videbo quid expediat, & re bene perpensa respondebo.* An hæc responsio ad protrahendum semestre compellet, ita ut ea extante nequeat fidelis coniux nouum inire coniugium? Ad quam dubitationem iuxta Limensis eiusdem Concilij doctrinam ita respondendum, ut circa hoc Episcopus adeatur, qui fidelis coniugis dispositione perspecta, iuxta eandem quid sit faciendum iudicabit. Indicium autem eius tale futurum, ut si fidelis coniux sine periculo lapsus in carnalia peccata expectare possit, expectet, quia scilicet non vitur, ut Concilium loquitur, D. Pauli phrasim amplexus. Si autem vitur, igni huiusmodi aquas applicet nuptiales, de quibus integro volumine Nouarinus. Quia verò difficile est gentes Indorum, & similes, heri carnis mancipia, se diu continere, in eam partem inclinandum est, ut illis matrimonij adminiculo quantocius succurratur. Coniux ergo, qui intra præfixum terminum non respondit, sine culpa sua consortem priuabitur, quia in fauorem fidei sic statui oportuit, sicut alias in Iure habetur, ut permanente matrimonij vinculo, sine culpa sua coniux vlti illius priuatur, idque multis ex causis: pro quo Innocentius III. in Cap. *Quanto* citato ita loquitur: *Nec obstat quod à quibusdam forsitan obicitur, quod fidelis relictus, (dum fidelis qui fuerat, coniux fidem deserit) non debeat iure suo sine culpa priuari: cum in multis casibus hoc contingat, ut si alter coniugum incidatur.* Sic ille. In casu autem nostro minus est cur dolere coniux infidelis debeat, quia liber manet, ut coniugium aliud possit celebrare.

Cap. Quanto.

Quid sit scandalum charitatis, de quo in Concilij Decreto.

Cohabitatio quomodo consiliari non possit.

413 Quarto, circa alia, quæ in præfato Concilij Decreto habentur, non est difficile intelligi quid sit scandalum charitatis, quod pati fidelis coniux potest; est enim amissio gratiæ per peccatum, retentà fide, & contingere potest si coniux talis à nouo coniugio ineundo impediatur. Illud autem quod dicitur, ut Episcopus semestri transacto, bene perspecta causâ fidei declarat copiam esse matrimonium aliud contrahendi, propter fidei aut charitatis scandalum, quod patitur, iam est à nobis explicatum. In eo verò quod additur, aliqua occurrit difficultas; quod scilicet, si nullum esse in cohabitatione periculum videat, expectare iubeat infidelem, vel etiam cohabitare consular, si prodesse intelligat: cum enim aliquid sit, quod iubere possit, & aliquid, quod consular, videndum cur ea sit differentia constituta: neque enim videtur cur debuerit illa constitui, quia enim spes est lucrandi Christo coniugem, expectatio iuberi potest: ergo & cohabitatio; quia eadem est in vtroque ratio. Et quidem cum pro eo Apostoli locus adducatur, ita fatendum videtur; quia Apostolus non de expectatione tantum sed etiam est de cohabitatione locutus; ut illius verba manifestant: *& hæc consentit habitare cum illa. Et hic consentit habitare cum illa, non dimittat illam, &c.* Sed certè Concilium sapienti est diuersitate verborum vsus: post transactum liquidem semestre, & scandalum nullum in vltiori aliqua expectatione deprehensum, stare optime potest vltioris adhuc expectationis imperium, in quo fidelis coniux nullum patitur detrimen-

tum; immò & commodum aliquod esse potest, si filij sint, quos parentis vtriusque oporteat curâ tunc temporis enutrirî. In cohabitatione autem licet periculum scandali non sit, potest tamen esse molestia ob cultus disparitatem, & ita consulari potest, non iuberi, generaliter loquendo. Quod si ex cohabitatione spes maior affuisset, poterit etiam Episcopus illam indicere, quia casus speciales non sunt Generali Canone comprehensi, ut in simili habet P. Sancius *num. 13. citato* & alij apud ipsum. Apostolus autem admittendum coniugem ad cohabitationem iubet, sed pro tempore rationabiliter assignando, ut eius doctrinam Patres, Pontifices, & Doctores communiter iam pridem acceperunt, & pro Concilio hæc fati-

Cohabitatio quanta futura, iuxta Apostolum.

De ijs, qui conuertuntur, & ante conuersionem plures uxores habuerunt.

414 Pro illis est specialis decisio in Breui quodam Pij V. quod asseratur authenticum in archiuo Metropolitanæ Limensis Ecclesie, ut asseritur in Confessione, auctoritate Concilij præfati vulgato, cuius & meminit Fr. Ioannes Baptista in Animaduersionibus pro Confessarijs Indorum *Parte 1. verb. Matrimonium*, cuius Data est, die 2. Augusti *Ann. 1571.* & in eo iubet Pontifex, ut cum aliquis conuertitur plures habens uxores, ei nubat, & cum ea legitime copulatus censetur, quæ ex eisdem conuersa fuerit, & Baptismum pariter receperit, quamuis non prima earum fuerit, quæ in gentilitate habuerat, & sunt adhuc superfites. Et quod sine vllò scrupulo matrimonium hoc pro legitimo habeatur. Quod quidem tunc videtur procedere, cum vna tantum ex vxoribus conuertitur, & in fauorem fidei respectu coniugis vtriusque decernitur: & expressè habetur in Facultatibus, quæ Indiarum Episcopis per quinquennium conceduntur, ibi, circa *Facult. 11. Nisi prima voluerit conuerri.* Videtur autem supponere Pontifex uxores omnes legitimas esse potuisse; alias enim non appareret quomodo esse conueniens dispositio possit: siquidem earum legitimitate sublata nullum ius speciale in viro est, sicut neque in illis, ut ratione eius priuilegium hoc ipsis concedatur. Deinde, iuxta dispositionem Cap. *Gaudemus*, prima vxor pro legitima tantum habenda: cum enim ibi hoc modo quæstionem proponat Pontifex: *Quia vero Paganis circa plures insimul feminas affectum diuidunt coniugalem, vtrum post conuersionem omnes, vel quam ex omnibus retinere valeant, non immerito dubitatur.* Post quæstionis autem propositionem in reprobanda vxorum pluralitate multus est Pontifex, neque difficultati propositæ directè respondet, ut notat Glossa verb. *Velquam*, quæ tamen addit quod indirectè satis reij. ondetur quod prima sit vxor, ex eo quod dicit Pontifex pluralitatem ex vtroque sexu reprobandam: pro quo & in verb. *Pluralitatem.* Vnde & decisum expressè eo loco affirmat P. Thomas Sancius *Lib. 7. Diss. 73. num. 5.* Quod & in Facultate dicta pro Episcopis Indiarum non obscure videtur indicatum. Cum ergo prima tantum pro legitima habenda sit; quomodo stare potest, ut ea quæ conuertitur, eo ipso præferatur; cum ratione conuersionis

Pij V. decisio circa conuersum plures habentem uxores.

Observatio prima circa illud.

Observatio secunda, & difficultas circa Pontificis decisionem.

Cap. Gaudemus.

uerſionis plus juris non acquirat, quam ſi mini- me fidei conuerſo fuiſſet vnquam copulata, vt ex D. Thoma, & alijs docet P. Saneius loco du- dum adducto. Et vt demus legitimas fuiſſe om- nes, cum primam præterendam Ius ſtatuat, & expectari illius conuerſio debeat volentis coha- bitare, non debet iure illo priuari ob maturatam couxoris alterius conuerſionem: quæ enim prior fuit tempore, prior eſſe & iure debet, neque Ba- ptifmo iura quaſita in coniugio ſoluantur, ſed crimina dimittantur, vt in eodem Capite Ponti- fex proteſtatur. Circa quod

Aſſeritio vlt. ſatis faciens difficultati.

Indicia ve- ri matri- monij qua- lia in Indis.

An venere- talia.

Quid apud nonnullos in uſu.

415 Dico tandem Pontificiam deciſionem poſſe ſuſtineri. *Primo*; quia dici poteſt in eâ nul- lum ius coniugis conuerſæ ſpeciale eidem agnoſci, ſed amorem peculiarem ſupponi, tum ex communi titulo coniugij, tum ex ſpeciali, qui ex conuerſione accreſcit, cum virum in fidei pro- feſſione ſequatur, alijs id facere reuocantibus. Quod ſi poſtea dicat ſe Baptiſmum fidei ob viri amorem ſuſcepſiſſe, non eſſe illi in foro exteriori credendum, niſi adſint legitimæ probationes, ob- ſeruat Ferdinandus Zurita in *Enchiridio Indico, Quaſt. 24.* vbi & teneri illam ad Baptiſmum rite ſuſcipiendum, niſi coniux copiam abeundi fecerit. *Secundo*, ob rationem dictam poſſe in illâ ſpe- ciale ius agnoſci, licet prima non ſit, quia verum coniugium inter fideles non ex primitate colli- gendum eſt, ſed ex voluntate in eo permanendi ſecundum principalem rationem contractus lu- mine naturæ conſtantem. *Tertio*; quia verofi- militer exiſtimari poteſt apud Indos non fuiſſe vera matrimonia, eorum cognitâ ruditate, quia neque animo perſeuerandi in coniugio inſeparabiliter contrahebant, neque in ordine ad ſeruandam fidem, & filiorum educationem; quæ ad ſubſtantiam contractus pertinent, intentione expreſſâ aut tacitâ ducebantur. Pro quo facit diſ- curſus P. Balthaſſaris Barreira apud P. Fragolum *Tomo 3. Lib. 10. Diſput. 22. num. 48. & 49.* & alia quæ habet Auctor idem *numer. 57. & ſeqq.* & P. Andreas Perez in *Hiſtoria Miſſionum Cina- loenſium*. Et id quod tunc temporis, de Indo- rum, qui conuertebantur, moribus circa coniu- gia vigeat, in ijs pariter diſpicitur, qui modò in diuerſis regionibus conuertuntur. Et apud Indos non fuiſſe vera matrimonia ſecundum id, quod ex naturâ ſuâ, & diuina inſtitutione, talis contra- ctus exigit, fuere non contemnendi magiſtri, & Euangelici operarij, qui ob indubitata experi- menta cenſuerunt, vt videri poteſt apud Fr. Ioan- nem de Torquemada in *Monarchia Indiana, Parte 2. Lib. 13. Cap. 15.* Poſt plantatam ſiquidem fi- dem in Nouâ-Hiſpaniâ inuenti ſunt multi coniu- ges, qui ſe mutuò relinquebant. Quod quidem cum à Chriſtianiſ accipere non poterint, faten- dum eſt ex antiquis eorum moribus deſcendiſſe. Refert autem Auctor idem *citato Libro Cap. 5.* in more apud Indos fuiſſe, vt ſi quando aliquis inſcijs puellæ parentibus contrahebat, maritus ad illos ſit venire ſolitus, & facti pœnitens veniam, & puellam pariter poſtulare, in eorum ipſam tra- dendo manus, vt ſi connubio annuere nollent, apud ipſos remaneret. Et *Cap. 9.* narrat provin- ciæ cuiuſdam incolæ à ſuis hoſtibus vxores dato pretio comparare: ex quibus quos generant fi- lios, reſeruant quidem, filias autem occidunt, ne

ſi eas hoſtes capiant, ex eis filios generent, hoſtes ſibi parentum imitatione futuros. Hoc autem matrimonium, cum contra finem legitimi huius contractus ſit, bonum ſcilicet proliſ, à propria illius ratione alienum fuiſſe, extra dubitationem eſt. Vt alia præteream diuerſarum gentium in eodem genere iniurioſa naturæ portenta. Iuxta hæc ergo potuit Pontifex decernere, vt primæ vxoris ratio haberetur nulla, ſi cum alia ex con- uerſis velit vir pariter conuerſus ſtabili connubio copulari.

416 Ex his ergo apparet quid faciendum ſit in caſu à Pontifice prætermiſſo: ſi videlicet plu- res vxores eius, qui conuertitur, pariter conuertantur, non tamen prima. Vnde & habetur Pon- tificiæ voluntatis non fuiſſe onus conuerſo im- poni, vt eam, quæ conuerſa eſt, ducere teneretur: quandoquidem plures conuerſi poſſunt, & nul- lum tunc ius cuiuſquam eſſe ad coniugium po- teſt; & ita neque cum ſola vna conuertitur; quia ſi verè in illâ eſſet ius tale, non poſſet per aliarum conuerſionem tolli, quæ valde accidentaria eſt. In caſu ergo dicto nullam tenetur ducere con- uerſus, vt docet D. Thomas in *4. diſt. 39. q. vnicâ, art. 3. ad 4.* vbi & Sorus, *q. vnicâ, Artic. 3. ad 5.* quibuſcum P. Thomas Saneius *Diſput. 73. citat. num. 5.* & alij communiter. Quod verò ad pri- mam attinet, iuxta dicta iudicandum eſt, & in- ſpicendus modus, quo ij, de quorum coniugio agitur, in contrahendo vtuntur. Neque enim ſatis eſt, vt legitimus, & iuri naturæ eſſe confor- me intelligatur, ritus aliquos in eo ſeruari, quales ij ſunt, de quibus citatus Fr. Ioannes de Torque- mada *Lib. 13. Cap. 5. & ſeqq.* Neque diuerſa no- mina haberi apud illos, quibus vxores & pellices diſtinguantur, ſicut habentur apud Peruianos, qui etiam ad ſignificandum fornicationis peccatum nomen ſpeciale habent. Quemadmodum enim apud antiquos diuerſa nomina ad Vxores & Concubinas designandas, non erat indicium ſufficiens, vt concubinas non eſſe etiam vxores crederetur: ſicut ſpecialiter obſeruant Interpre- tes circa *Cap. 6. Cantici Salomonis, v. 7.* ita neque indicium ſufficiens ad intelligendum eam, quæ vxoris gaudet nomine, propriè eſſe talem debet æſtimari. Vult autem P. Fragolus *ſupra num. 55.* quando res fuerit dubia, ſemper in fauorem ma- trimonij non ſolum inclinandum, ſed pro eo iu- dicandum: pro quo adducit Patrem Tholoſam Prouincialem quondam Braſiliæ. Quod quidem verum eſt, quando fauor in aliquod eorum, qui conuertuntur, commodum reſultat, & non ſolius contractus habetur ratio. Quod ſecus accidit in matrimonio fidelium, eò quod Sacramentum ſit, in illius enim fauorem ſemper inclinandum, cum res dubia eſt, iuxta communem Doctorem ani- maduerſionem; niſi fortè non dubium tantum, ſed probabilis opinio ſit: tunc enim eam licebit amplecti, quæ opportunior pro caſu occurrenti fuerit iudicata. Et de priuilegijs ad Sacramenta ſpectantibus hæc ſatis, & vt ad ea, quæ ad Eccleſiæ Præcepta pertinent, tranſeamus.

Cum plu- res conuer- tuntur vx- ores, quid faciendum.

Quid cum prima, & quod pri- mus non ſufficiat, vt legitima cenſetur.

De Priuilegijs Indorum circa Præcepta Eccleſiæ.

C A P V T X V.

De Priuilegijs circa Feſtorum obſer- uationem.

Concil. Li- menſis De- cretum cir- ca Feſta In- dorum.

Pro quibus & priuile- gium Pauli III.

Non teneri ad alia Fe- ſta poſſe à generaliter præcepta.

Particula Tantum quam ha- beat vim, ex qua arguitur.

Cap. Quia circa.

417 **P**ro illis ſic habet Concilium Limen- ſe Tertium *Act. 4. Cap. 9.* iuxta ea, quæ Concilium ſecundum *ſeſſione 3. cap. 60.* tradiderat: *Porrò Neophyti, quos Eccleſie mater- na indulgentia præceptorum ſuorum ſarcina magnâ ex parte leuandos exiſtimauerit, ſequentes tantum dies iuxta Superioris Synodi Prouincialis ſtatutum, obſerua- re cogantur. Primum dies omnes Dominicos, vt Eccleſia vniuerſalis ſemper obſeruat. Deinde, Diem Natiuitatis Domini, diem Reſurrectionis primùm, diem Pentecoſtes primùm. Item Circumciſionis, Epiphaniæ, Aſcenſionis, & Corporis Chriſti. Beatæ quoque Virginis MARIE Feſtum Natiuitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Aſſumptionis. Demùm, Apoſtolorum Petri & Pauli. Sic Concilium: quod dum maternam circa hoc indulgentiam Eccleſiæ recognoſcit, priuilegium indicat Pauli III. cuius mentionem faciunt Fr. Ioannes Baptiſta in *Animaduerſionibus pro Conſellarijs Indorum Parte 1. Verb. Feſtum. D. Solorzanus Tomo 2. Lib. 1. Cap. 27. numer. 94. & ſeqq.* vbi primò ait priuilegium eſſe Pauli IV. ſci- licet, *numer. 94.* ſicut in *Polticâ Pag. 240. Col. 2.* & in fine eiuſdem. *5. Pauli III. eſſe reſtatur, & ita proculdubio aſſerendum.* Ferdinandus Zurita in *Enchiridio Indico Quaſt. 10. & P. Quintanad. Tomo 2. Tractat. 1. Singul. 11.* & alij apud ipſum. Circa quod quaeri poteſt*

418 Primò, an præter dicta Feſta teneantur Indi ad aliorum obſeruationem: Circa quod P. Quintanad. loco dudum citato cenſet teneri ad Feſta S. Ioseph & S. Annæ, quia illa pro omni Eccleſiâ obſeruanda proponuntur, & priuile- gium Pauli III. de Feſtis agit, quæ in vſu Eccleſiæ tunc erant, non verò de futuris. Et illud eſt vni- cum aſſertionis huiuſce fundamentum. Sed certè non vrget: quia cum priuilegium, vt illud Con- cilium intelligit, & ex tenore adducto conſtat, ad hoc ſit, vt Neophyti designatos tantum dies obſeruare cogantur, huiuſmodi exclusio ad futu- riam etiam Feſta debet extendi. Particula enim *Tantum* omnimodam exclusionem dicit, & ita eius abſolutam vim expendit inter alios *Parifius Con- ſilio 48. num. 7. & ſeqq.* Immo indefinitus loquen- di modus ad hoc ſatis, vt probat Textus in *Cap. Quia circa*, de priuilegijs, ubi: *Prædeceſſor tuus in- deſinitè decimas Episcopales Monafterio remittendo, cum nihil exceperit, & potuerit excepiſſe, & in bene- ficij plenitima ſit interpretatio adhibenda, nec debeat vna eademque ſubſtantia ſub diuerſo iure cenſeri, intel- lexiffe videtur non ſolum de decimis poſſeſſionum illius temporis, ſed futuri.* Sic Innocentius III. Deinde vrget ratio à Concilio adducta, quod ſcilicet Neophytis ſarcina ſit præceptorum minuenda, & maternâ ſint indulgentiâ tranſcandendi: ex quo ſit ab obligatione multorum Feſtorum exem- ptos, quamuis ſint illa ſolemniffima, qualia ſunt *Theſauri Indici Tom. II.*

Feſta Reſurrectionis & Pentecoſtes: licet enim primi illorum dies obligent, ea obligatio ſpecia- lis non eſt, quandoquidem ſub obligatione Do- minicorum dierum habentur. Feſtum S. Ioannis Baptiſtæ, Apoſtolorum, præter Diuos Petrum & Paulum, D. Stephani, Sanctorum Innocen- tium, D. Laurentij, S. Crucis, D. Michaëlis, Omnium Sanctorum. Quorum ſolemnitati non venit Feſtum D. Iosephi, & S. Annæ, ſecundum gradus & qualitates ab Eccleſiâ conſtitutos, vlla- tenus exequandum. Cum ergo circa illa exem- prio conceſſa ſit, non eſt verofimile ad duo præ- fata obligatos Eccleſiam voluiſſe. Qui enim li- cet id quod plus eſt, licet etiam & quod minus, iuxta regulam iuris notiffimam, ſic intelligen- dam, vt plus & minus in eodem genere ſint, vt aliàs diximus, & hoc loco conſtat euenire. Pro quo & L. Filius famil. *5. finali. D. de donationibus.* Ex quâ idem P. Quintanad. *Tractat. 6. Singul. 7.* in fine, & ex *Cap. quodam Ex parte* malè citato probat priuilegia Indis conceſſa, & alijs Neophy- tis, ad mixtionem aliquam habentes extendenda. Præterea, Priuilegium hoc in fauorem fidei mi- litat, vt eſt manifeſtum; quæ autem talia ſunt, ample interpretanda eſſe ſapius dictum iuxta communem ſcriptorum atteſtationem, quod & citatus Auctor agnoſcit *ſupra, Singul. 6. numer. 6.* vbi & de priuilegijs circa ieiunia ſequitur.

419 Idem etiam dicendum de Feſtis, quæ ab Episcopis poſt huiuſmodi conceſſionem inſti- tuti poſſunt, ijs ſeruatis, quæ ſacri Canonès circa talem inſtitutionem iniungunt. In quo quidem citatus ſcriptor ex aduerſo ſtat, idem affirmans quod de duobus illis Feſtis auctoritate Apoſtoli- cæ conſtitutus: niſi Episcopis Indos exciperent, vel aliunde ex Bullâ aliâ excepti ſint. Sic *num. 6.* Sed ſimiliter reſellendum, & à fortiori. Poſſet autem dubitari an ſtante priuilegio dicto, vt ſci- licet Indi ad alia Feſta non cogantur, poſſint ni- hilominus Feſta conſtitui, ad quorum illi obſer- uantiam obligentur. Et ſatis verofimile eſt non poſſe, quia contra Apoſtolicam eſt prohibitio- nem: etiã id admittatur, inutile reddi poterit priuilegium: quia etiam circa Feſta, pro quibus exceptio conceditur, obligatio eſſe poterit, cum pro omnibus eadem ratio ſit; etiã in ordine ad Feſta futura extendi poteſt, pro alijs item poterit obligatio eadem, ijs, quibus Pontifex leuare onus intendit, imponi. Quo non obſtante, in caſus alicuius contingentiâ ordinariâ auctoritate vti Ep- iſcopi poterunt, & pro diebus aliquibus ad ob- ſeruantiam Feſti alicuius obligare: quia hoc ad congruum regimen ſpectat, neque eſt credibile à Pontifice, cuius ſolicitudo in communiâ fidelium bonum incumbit, prohiberi.

420 Ex quo manifeſtum relinquitur Indos non obligari ad Feſta illa, quæ ab Urbano VIII. in Bullâ moderationis illorum vt obligatoria proponuntur; ſcilicet Sanctorum Innocentium, & S. Sylueſtri. In quo quidem P. Quintanad. non aduerſatur, vt videri poteſt *num. 7.* Aut enim hæc Feſta obſeruabantur ante priuilegium Pauli III. & ſic pro illis obligatio ſublata eſt: ex eo au- tem quòd de nouo à Pontifice vt obligatoria propoſita ſint, noua obligatio non conſurgit, quia illam Pontifex non intendit imponere, ſed antiquam confirmare: vnde exempti ab eorum *L. L.* obliga-

De Feſtis ab Episco- pis inſtitu- tis idem te- nendum, etiamſi ve- lime expreſ- ſè obligare.

Exceptua caſu.

Neque ad Feſta addi- ra in Bullâ Urbani 8.